



**Consiliorvm Sive Responsorvm Avgvstini Beroii Bononien.
I. C. Praestantissimi Volumen ...**

Cum Summariis, & Indice rerum, ac verborum locupletissimo

Pontificij iuris, Contractuum, seu Dispositionum inter viuos materias
distinctè continens

Bero, Agostino

Venetiis, 1577

Consilivm XXI.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-96504](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-96504)

absq; citatione, & causâ cognitione pp litis pendentiâ super incidenti, & pendere dñs statim, quo mota fuit, & sic p citationē partis, clem. fin. vltite pendentiâ multipliciter pōt respōderi. Primo, q̄ illud est. verū, qñ corā iudice ecclesiastico penderet q̄stio incidens, nā pp litis pendentiâ super incidenti pōt inhibere iudici principalis cāe absq; causâ cognitione, sed in casu nostro corā conseruatore nō pendebat lis aliqua super incidenti respectu causâ motâ corā vicario ep̄l. Feretranī, quoniam cā, quâ mota fuit corā cōseruatore, erat alia cā principalis separata, & noua à causâ motâ corā vicario, nec ab illa dependebat, quia corā vicario agebatur q̄ quēdam Bartolū exactorē decimarū, vt solueret partē solitā decimarū dicto do. Raphaeli, ac corā do. conseruatore agebatur super molestationib. & turbationib. inter aliās psonas, uidelicet inter fratres, & dictū do. Raphaelē, seu et dictum do. uicariū, & aliās psonas de parrochia dicte ecclesie S. Christophori, itē corā do. pseruatore agebatur pro parte fratru q̄ dictū do. Raphaelē super starijs 40. grani, & mille libris lini, ergo nō pōt dici q̄ propter litis pendentiâ sup incidentib. causâ principalis iudex, hoc est do. conseruator potuerit absq; causâ cognitione inhibere. Præterea lo. de Imo. & do. Ant. in d. c. tuā. loquuntur, qñ de cā incidenti iudex causâ principalis non poterat cognoscere, quia erat iudex secularis, & cā erat ecclesiastica, seu spiritualis, de qua solū iudex ecclesiasticus cognoscere poterat, iuxta clem. dispē diolam. de iudic. sed in casu nro do. uicarius, cui fuit inhibitiū, erat iudex cōpetens, & poterat cognoscere de causâ, propter quā facta fuit inhibitiō, sicut do. cōseruator, itē cā nō erat incidens, sed principalis, & separata à causâ quâ pēdebat corā do. uicario, ergo dicta do. Ant. & lo. de Imol. non obstant, quia loquuntur in alio casu diuerso, & pñr dicendū est, inhibitiōnē factā per do. conseruatorē nō ualere, & reuocandā esse. ¶ Quoad ultimū dubiū concludo, dictū do. Raphaelē nō teneri, nec posse cogi ad solutionem dictæ quantitatis grani, & lini percepti ab eo pro decimis, seu pro parte decimarū ad ipsum spectatē, ex quo de iure dicta pars decimarū ad ipsum spectabat rōne iuris, & suæ quasi possessionis percipiendi decimas, qñ

20 q̄comodū possessionis bonæ fidei est fructus lucrari. l. bonæ fidei. ff. de acqui. re. domi. & Bar. in l. i. ff. de acqu. posses. cum simi. Præterea petitum fuit ipsum do. Raphaelē cogendū esse ad restitutionē dictæ quantitatis grani, & lini, sed probatum non fuit, ipsum illā habuisse, nec ipsum ad illā restituendā teneri: quoniam ex testib. tam dicti do. Raphaelis, quā dictorū fratru probatum fuit, q̄ ipse habuit ius percipiendi, & semper fuit in quasi possessione percipiendi decimas pro certa parte, ergo sequitur q̄ dictus do. Raphael est ab soluendus à petitione dictorum fratrum, quia actore non probante intentionē suā, reus, et si nihil ipse probauerit, est absolvendus. l. qui accusare. C. de adē. c. fin. de iur. iur. multo magis ergo, si actor non probauit intentionem suam, & reus per suos, & actoris testes contra intentionem actoris probauerit. Ex quibus omnibus apparet, q̄ partes dominorum iudicantium in presenti causa, sunt, & esse debent in iudicando ad fauorem dom. Raphaelis, & contra dictos fratres agentes. Laus Deo.

S V M M A E.

- 1 Decima ante concilium Lateranense poterant ab ecclesia ex iusta causa laicis in feudum concedi, & in eos perpetuo transferri, ut eas absque peccato detinerent, & naturaliter possiderent, secus post dictum concilium. num. 3. & 5.
- 2 Feudatarij naturaliter tantum possident.
- 4 Papa solus per suū privilegium spiritualia etiam laicis cōcedere, & hodie decimas laicis concedere, & in feudum dare potest.

- 5 Decimarum fructus hodie post Concilium Lateran. ab Episcopo, & alio inferiori non possunt laico perpetuo, uel ad longum tempus concedi, sed solum ad modicum tempus, & ad tempus uitæ suæ.
- 6 Concessio ad uitam alicuius hominis strictè loquendo dicitur perpetua, sed potius temporalis.
- 7 Decimarum fructus quō laico ad tempus uitæ suæ concedi possint.
- 8 Decimandi ius tanquam quid spirituale etiam ad modicum tempus laico non potest concedi.
- 9 Decima ex iusta cā ante Concilium Lateran. ab Episcopo, & ecclesia laicis concessa hodie post dictum Concilium non possunt ab Episcopo, uel laico vasallo alteri laico et cum consensu Episcopi in feudum concedi, seu in emphyteosim, uel aliter ad longum tempus, & perpetuo locari.
- 10 Quid si alteri ecclesia concederetur.
- 11 Decimarum, illasq; colligendi iuris laicus est incapax.
- 12 Decima ante Concilium Later. laicis in feudum concedi solita si ex aliqua causa ad ecclesiam, cuius erant, deuoluuntur, & reuertantur, non possunt postea ab Episcopo, seu Prelato ecclesie, et cum consensu superioris alteri laico in feudum, seu aliter ad longum tempus concedi.
- 13 Et si concederetur, nullum ius ex tali concessione in laicum transferretur.
- 14 Decima in feudum à laico habitæ, & detentæ in dubio censentur, & presumuntur concessæ post Concilium Later. & per ecclesiā uendicari possunt, nisi laicus contrarium probauerit.
- 15 Et quando ante Concilium prædictum præsumi debeant concessæ, & laicus contra ecclesiam obtinere possit.
- 16 Decentatio simplex etiam per tempus immemorabile nō habet uim tituli in laicis, quō ad ea, quorum laici sui natura, & regulariter sunt incapaces.
- 17 Titulus simoniacus est à canone reprobatus, nullūq; ius transfert.
- 18 Decima etiam ante Concilium Lateran. in feudum laico concessa non possunt per alium laicum præscribi, præsertim contra ecclesiam, ad quam essent de iure deuolutæ.
- 19 Præscribi non potest prohibitum alienari, prohibitionem habente causam prohibitionis perpetuā, et titulū, ac possessionē inficiet.
- 20 Præscriptio sine possessione non procedit.
- 21 Nec cum mala fide, seu possessione iniusta.
- 22 Mala fides, & possessio iniusta in casu, quo canon alienationem, & prescriptionem prohibet, non excusatur propter errorem iuris, & consensum, ac auctoritatem Episcopi.
- 23 Ius patronatus à laico non contra ecclesiam, sed contra laicum patronum præscribi potest, & quare. nu. 24. Et an id sit uerum. num. 26.
- 24 Decima an à laico contra laicū, cui illas habere de iure permixtum esset, ita præscribi ualeant, sicut præscribitur ius patronatus.
- 25 Ius patronatus potest à laico de nouo acquiri, & de laico in laicū cum consensu patroni transferri, dummodo labes simoniaca absit.
- 27 Privilegium, & præscriptio etiam quō ad spiritualia à pari procedunt, idemq; operantur.
- 28 Et quando id procedat.
- 29 Præscribere potest etiam naturaliter tantum possidens.
- 30 Res alienas detinens etiam nullam possidendi causam iustam habens non cogitur illas uendicanti restituere, nisi uendicans contra eum suam fundauerit intentionem.
- 31 Concessio alicuius rei, uel iuris in tali loco et per uerba generalia, & uniuersalia facta non extenditur, nisi ad id, quod concedens in eo loco habebat, & nisi de iure concedētis appareat, nihil operatur etiam quō ad acquisitionem possessionis, & præscriptionem, maxime nulla certi loci traditione facta.
- 32 Verbum, quadam, non est uerbum uniuersale, sed particulare, designans potius partem, quā totum.

E P I T O M E.

DECIMAE an, quando, & quō laicis concedi, & ab illis præscribi potuerint, & possint, hic plenè agitur.

C O N S I L I U M XXI.

IN presenti consultatione, prætermisso ordine aliās à me in consulendo obseruari solito, & omisiss pluribus, quæ sermone satis longo, & forte longiori, quàm necessarium foret, scripserunt, & cumulauerunt

c 2 Docto.

doct. qui pro utraq; parte consulerunt, & ad quorū consiliū pro diuisione præsentis causæ recursū fuit, q̄ breuissimè potero aliqua addēdo, & ad instar Ruth messōrum vestigia sequentis post illorum terga spiculas derelictas colligendo, id, quod mihi de iure uerius videbitur, conclusiuè dicam. Viso igitur ingenti scripturarū cumulo, nec non hincinde maximo consiliorum, ac allegationum conflictu, illisq; diligēter, ac maturè consideratis, ex quibus modo in unā, modo in alteram partē animus meus impulsus fuit, tandem fauorabiliore partem amplectendo, censeo par res rectè iudicare debentis in hac causā fore, & esse in pronunciando, ac declarando benè, & iustè fuisse per R. D. Albertum Canonicum Tridentinum, & in hac parte iudicem delegatum ad fauorē nobilis do. Ioan. Contis de Trilaco, iuxta seriem, & conclusionē consilij decisui ex iuriconsulti do. Ioan. Francisci Bebij Regiensis referēdarii de consensu partium electi iudicatum, & pronunciatum, maleque, & iniuste fuisse appellatum, & de nullitate dictum pro parte nobilium de Calapinis à sententia dicti do. Iudicis à quo, & in condemnando dictos de Calapinis in expēs per dictos de Trilaco iustè, & legitimè factis. ¶ Et pro ueritate huius determinationis, nec non pro resolutione plurium hincinde deductōrū, & allegatorū, non recedēdo tñ à cōi theorica scribentū, quam in consulendo, & iudicando semper amplecti debemus, ut dñt cōiter Canonistæ. in c. 1. & in c. ne innitaris, ibiq; Io. And. & Inno. extra de const. & Bar. & Bal. in l. 2. C. de pœna iud. qui malè iud. Pono aliquas conclusiones, ex quibus ad terminos p̄sentis quæstionis cū eiusdē decisione inferā. Prima conclusio sit, q̄ ante Conciliū Lateranēse, de quo in c. prohibemus. extra de decimis, & de quo habet mētio in c. quāuis. eo. tit. & in c. 2. §. sanè. cum seq. eo. tit. in 6. ac et in c. cū apostolica. de ijs, quæ s. à prælat. sine consens. cap. ubi plenè habet per scribentes, & quod, ut refert Io. And. & sequitur Io. de Imo. in d. c. cum apostolica. editum fuit de anno 1179. tpe Alexandri Tertij, qui multa in materia decimarū statuit, ut in d. c. quāuis. & in pluribus alijs capitulis præcedētib; & ibi per totū, de decimis. poterat ab ecclia ex iusta causā decimæ in feudū concedi laicis, & in illos perpetuo ex tolerātia, & permisso ecclia transferri; quas decimas, & ius illas colligēdi laici poterant, & adhuc illas, quas tunc habuerunt, pnt absq; peccato detinere, & naturaliter, ut feudatarij possidere. d. c. cū apostolica, ibiq; Abb. & cōiter alij doc. & habet et in d. c. prohibemus. extra de decimis. & in c. 2. §. sanè. cū §. seq. eo. tit. in 6. ¶ 2. feudatarij. n. tñ naturaliter possident, ut not. in l. 3. §. ex p̄rio. ff. de acq. pos. & in l. si ut certo. §. si duobus uenit. ff. de acq. pos. cum sim. iūctis ijs, quæ hñr in c. causam, quæ. extra de præscr. ubi Abb. & alij doc. maxime Moderni p̄ illum tex. iunct. gl. dicūt, q̄ laici quamuis decimas ciuilitèr possidere nō possint, naturaliter tñ pnt illas possidere; qd est intelligendū de laicis, q̄ ante Conciliū Lateranēse habuerunt decimas in feudū, t̄ qm post illud si laico decimæ fuissent in feudū cōcessæ, illas nec ciuilitèr, nec naturaliter possideret, sed detineret, & cū peccato occuparet, ut text. in d. c. causam, & ibi scribentes: iusta aliā causā ante Cōciliū Lateranēse concedendi decimas in feudū fuit, ut ip si defenderent ecclias, & clericos ab hereticis, & ab oppressoribus, ut dicit gl. in d. c. quāuis. & habetur in d. c. cū apostolica. & in d. c. 2. §. sanè. ob has. n. causas ecclia tolerauit, & p̄ regulas iuris in priuilegiū laico rū permisit, ut tunc decimæ possent ipsis in feudū cōcedi; hodie uero indistinctè, & simpliciter hoc est prohiberi per Lateranēse Conciliū, ut et ad tps decimæ non possint dari in feudū laicis ex quacūq; causā ab ep̄o,

4. nec ab alio etiā de consensu ep̄i, t̄ nam solus Papa, qui per suum priuilegiū sp̄ialia et laicis cōcedere p̄t, ad tradita p̄ Abb. in d. c. cam que. & per gl. in c. imperium 10. dist. & in summa 25. q. 7. cum sim. allegatis p̄ Feli. in d. c. cam que. p̄t decimas laicis concedere, & in feudū dare. d. c. prohibemus. d. c. quāuis. & ibi do. Anto. & alij, & Abb. in c. adhuc. extra de decimis, ubi dicit, q̄ nullus citra Papā potest ius decimandi, vel et fructus decimarū ad magnū tēpus laico cōcedere, ut in d. c. quāuis. cum ibi not. & est rō, quia nullus citra Papam p̄t laicū capacē iuris sp̄ialis reddere. c. 2. de iudi. cū ibi not. & faciunt not. p̄ gl. in §. verum. 33. dist. & per Imo. in d. c. cū apostolica. in 6. col. ¶ Secunda conclusio sit, q̄ hodie post conciliū prædictum fructus et decimarū, seu illorū collectio non possunt per ep̄iscopū, seu p̄ aliū inferiorē p̄petuo, vel ad longum tps laico concedi, nec locari, sed solū ad modicū tps, ut in c. 2. extra de loca. & ita intelligi potest id, quod uoluit gl. in d. c. quāuis. dicens, q̄ fructus decimarū possunt concedi, seu locari laico ad tps uitæ suæ. t̄ nam secundū do. Abb. quāuis concessio ad uitā alicuius hominis largo modo dicatur perpetua. l. 1. ff. pro socio. gl. in §. perpetua. 10. q. 2. tñ stricte loquendo talis concessio p̄ dubiū tps, cū laicus possit infra modicū tps cōcedere, non dicitur p̄petua, sed potius tp̄alis, & ualebit, p̄ gl. in d. c. quāuis. quæ non reperitur ab aliquo impugnata: t̄ hac tñ concessio ad uitā fieri non poterit sine auctoritate superioris, ele. 1. de reb. ecclie. nō alie. & facit id, quod habetur in si. ne prælati uices suas: & dicit Abb. in d. c. adhuc. de decimis. in 2. q. dī quærit, an indistinctè prohibitū sit decimā laico concedi, q̄ doct. dicunt, q̄ in feudū, seu in emphyteosim concedi nō p̄t. d. c. ad hac. Nec et p̄t decima laico locari, uel aliquis contractus super ea iniiri, per quē videatur facta alienatio, arg. c. nulli. de reb. ecclie. non alie. sed ad modicū tps potest cōcedi et pro certa p̄sione, ut in d. c. 2. de locato. & in effectu uolunt dicere doct. sm Abb. q̄ non p̄t fieri contractus, per quē trāsfertur dñum directū uel uile, quia tunc uideretur facta quādā alienatio de decima, ut in d. c. 1. cū glo. sed p̄ cessionē ad modicū tps non trāsfertur dominū directū, uel uile. Et hoc debet intelligi, qm cōcederetur 8. fructus decimarū, seu eius collectio: nā t̄ ius decimarū cū sit quid sp̄iale, et ad modicū tps laico concedi nō p̄t, ut no. gl. in d. c. quāuis. & facit c. 2. de iudi. & quāuis gl. in d. c. quāuis multū singularis dicat, q̄ ex cā fructus decimarū possint laicis in tps uitæ suæ cōcedi, cuius dictū probari uī in d. c. adhuc. tñ debet intelligi, ut supra dictū fuit ex mente Abb. in d. c. quāuis: hac ponit, & firmat Abb. in d. c. ad hac, & facit, quod uoluit Io. de Imo. in d. c. cū apostolica. in 6. col. ¶ Tertia sit conclusio, t̄ quod decimæ, quæ ex iusta causa ante conciliū Lateranēse fuerunt ab ecclia, & ab ep̄iscopo laicis concessæ, non possunt hodie post conciliū p̄ ep̄m seu p̄ laicū uasallū alteri laico et cū consensu ep̄i scopi cōcedi in feudū, seu in emphyteosim, seu aliter ad longū tps, & perpetuū locari: ita tenet doc. cōiter, ut refert, & sequitur Abb. in d. c. prohibemus. reprobandō gl. ibi, quæ p̄rium uoluit, dicit. n. Abb. ibi, not. gl. quæ uult, q̄ laicus habens decimā in feudū ab anti quo possit illā infeudare alteri laico de auctoritate ep̄i scopi: sed contrariū cōiter sentiunt doct. hic, & uerius: primo per istū text. qui indistinctè hac translatio nem prohibet, secundo facit c. quamuis. eo. tit. & c. si. de deci. & uidetur apertè probari in c. cū apostolica. de ijs, quæ fiunt à prælat. sine consens. capit. & idem probatur in d. c. 2. §. sanè. cum §. sequenti. cod. tit. in 6. de decimis. nam ibi speciale est, ut cum auctoritate ep̄i scopi laicus possit concedere tales decimas alteri ecclia, cuius decimæ uerè non essent, quia multū non

non refert, quæ ecclesia habeat illas decimas, dūmodo extrahantur de manibus laici, qui eas in feudū habebat, quæ rō cessat, qñ alteri laico concederentur: ergo vñ, qñ si spūale est in casu, quo laicus uellet illas decimas concedere ecclesiæ, regtr alteri laico dari, seu assignari non poterunt. arg. l. ius singulare. ff. de legib. si nanq; laicus posset et cum consensu Epi hmoi decimas laico concedere, posset hoc tendere in magnū præiudiciū ecclesiæ, cui decimæ debentur: nam per mortem istius laici feudatarij sine liberis decimæ deuoluerentur ad ecclesiā. c. 2. de feud. vñ de si ille laicus posset eas alteri laico concedere, posset illas forte alicui laico filios, & descendentes habenti concedere, & sic deuolutio ad ecclesiā impediretur. qñ tex. in d. c. cum Apostolica. ubi ius fauet, & studet deuolutio ni hmoi, ut decimæ de manibus laicorum extrahantur, & ad ecclesiā deuoluant, ita est de mente Abb. expresse, cuius sunt uerba prædicta, quæ et approbat Fel. in d. c. cām quæ. in 3. col. de præscr. Idemq; in terminis uoluit Io. de Imo. in d. c. cum Apostolica. in 6. col. & in gl. in uerb. Lateranensi, ubi alij Doct. communiter hoc idem sequuntur, dicentes, tñ aut laicus uasallus uult decimas, quas in feudū habuit ante concilium Lateranense, concedere ecclesiæ, quæ in illis directum dñiū habet, & pōt hoc facere et sine consensu Epi, & superioris, ut est tex. in d. c. cum Apostolica. quia res facili ad naturam suam primāuam redit. arg. l. si unus. §. pactus. ff. de pact. aut uult illas concedere alteri ecclesiæ, & tunc non pōt, nisi de consensu Epi et absq; alia solemnitate requisita in alienatione rei ecclesiæ, ut est tex. et in d. c. cum Apostolica. & in c. 2. §. sanē. cum §. seq. de decimis. in 6. aut uult illas concedere alteri laico et cum consensu Epi, & tunc talis concessio fieri non pōt, & facta est ipso iure nulla tanq; facta contra expresse prohibitionem canonis habētis perpetuam cām prohibitionis, uidelicet, 11 quia laicus iuris decimarum, & colligendi decimas, quæ et antiquitus dari in feudum laicis consueuerant, est incapax. d. c. prohibemus. d. c. adhac. & d. c. qñ uis. & arg. d. c. cum Apostolica. & d. §. sanē. ex eo, qñ decimæ dñr esse quid spūale, & quoddam sanctuarium Dei. d. c. ad hac. & d. c. cām quæ. de præscr. Ex quibus 12 infertur, tñ si hmoi decimæ, quæ ante concilium solite erant in feudum concedi laicis, essent ex aliqua cā quomodocunq; reuerse, & deuolutæ ad ecclesiā, cuius erant, puta uel pp lineam finitam, iuxta text. in d. c. 2. de feud. & per Abb. in d. c. prohibemus. uel propter felloniam uasalli, iuxta tex. cum ibi not. in d. c. 2. & in c. 1. quæ fuit prima cau. benef. amitt. vel propter alienationem, iuxta tex. in d. c. 1. in fi. in c. 1. de prohib. feu. alie. per Loth. in c. 1. de prohib. feu. alie. per Fede. & in c. 1. §. donare. qualiter pote. olim feud. alie. in usib. feud. uel propter cessionem, seu renunciationem factam per laicum ipsi ecclesiæ, iuxta tex. in d. c. cū Apostolica. cum sim. Episcopus, seu prælatus ecclesiæ etiā cum consensu superioris ex postfacto non poterit illas decimas deuolutas alteri laico in feudum, seu aliter ad longum tempus concedere, ut in terminis uoluit Cald. in consi. 1. in ti. de decim. & idem sequitur Io. de Imo. in c. 2. de feudis. in pen. col. dicens, hanc opin. esse ueriores, & tutiores, idemq; uoluisse Io. Andr. in d. c. prohibemus. quamuis dñm inferatur ex uerbis glo. ibi, quam sequitur in hoc Do. Flor. de S. Petro. Non obstat id, quod habetur in d. c. 2. de feu. ubi Eps, & prælatus potest infeudare de re ad ipsum reuerse, & deuoluta, quæ solita erat in feudum concedi, & sic infeudando non dicitur uenire contra suum iuramentum, quo iurauit non infeudare, ut ibi, & habetur in c. ut super. de reb. eccl. non alien. Quia illud procedit in re, & feudo temporali, cuius laicus est ca-

pax; nos uero loquimur in feudo rei spūalis, cuius est incapax. d. c. prohibemus. & d. c. causam quæ. Et hanc opin. Cald. ut ueriores, tutiores, magisq; communē sequi debemus, tum quia in dubiis semper tutior uia est sequenda. argum. c. in ciuitate. extra de usur. tum quia hæc opinio magis fauet ecclesiæ, & summa est ratio, quæ pro religione facit. l. sunt personæ. ff. de relig. & sumpt. fun. Item ex prædictis infertur, tñ si talis concessio fieret, ex ea ius aliquod in laicum non trāferretur, ut colligitur ex dictis Abb. in locis præalleg. qui uoluit post alios communiter, qñ non transferatur dominium. Non transferatur etiam possessio aliqua et naturalis, ut in d. c. prohibemus. ibiq; Doct. & est tex. in d. c. causam quæ. cum ibi not. per Scrib. Nec transferatur etiam ius præscribendi, ex quo canon prohibet alienationem, & translationem huiusmodi decimæ in laicum fieri, etiam si laicus credidisset translationem hanc de iure fieri posse, & sic in iure errauisset. arg. not. per glo. in c. 2. in uerb. post multum. & ibi Abb. in fina. uerb. ac etiam Io. de Imo. de his, quæ fiunt a præl. & infra latius in ult. conclusione dicetur. ¶ Vñ de infero ex præmissis ad terminos nostros, qñ cum decimæ, quas illi de Belenzanis auctores illorum de Calapinis habebant, reuerse, & deuolutæ fuerint ad ecclesiā Tridentinam per cessionem, & renunciationem illarum liberè in manibus Episcopi factæ, iuxta tex. in d. c. cum Apostolica. sequitur, qñ Episcopus illas non potuit de iure concedere in feudum illis de Calapinis, nec ipsos de illis inuestire, & inuestituræ factæ per plures Episcopos ipso iure sunt nullæ, & ex eis nullum ius potuit Nobilibus de Calapinis acquiri, posito etiam, qñ constaret, uerumq; esset, qñ illæ decimæ fuissent ante Concilium Lateranense ex causa iusta dictis de Belenzanis concessæ. Et è conuerso etiam infertur, qñ decimæ, quas illi de Gauardinis detinebant, & postea Nobilibus de Trilaco uendiderunt ducatis centum quinquaginta, ut ex quodam instrumento pro parte illorum de Trilaco producto apparet, dari & concedi non potuerunt illis de Trilaco et accedente consensu Episcopi Tridentini, & inuestituræ oēs de dictis decimis factæ Nobilibus de Trilaco sunt ipso iure nullæ, & ex illis nullum ius potuit ipsis de Trilaco acquiri, tum quia factæ sunt p canonis prohibitionē, ut s. tñ, quia hmoi concessio simoniae labem sapit, iux. tex. in c. si. de rer. permut. cum ibi not. c. quia clerici. & c. de iure. ext. de iure par. ¶ Quarta sit conclusio, tñ qñ quando non apparet expresse, qñ decimæ, quas laicus in feudum habet, & detinet, fuerint concessæ ante Concilium Lateran. sed dubium est, an fuerint concessæ ante, uel post, secundū Hosti. Io. Mona. Io. de Lign. & Arch. in dubio debent intelligi, & præsumi concessæ post dictum Concilium, nisi laicus uasallus dñm probauerit, uel 3, decimas sibi fuisse concessas ante Concilium, uel post auctoritate Papæ: & idē uendicari pñt per ecclesiā, ut hñ in d. c. cū Apostolica. & in d. c. prohibemus. ut refert Domin. in d. c. 2. in §. sanē. de decim. in 6. & Io. And. & alij in d. c. cum Apostolica. qñ ecclesia cum intentionem suam fundatam de iure cōi habeat, obtinebit, nisi alius probet iustum titulum. c. 1. de præscr. in 6. tum et quia uertitur periculum animæ, qñ laicus detineat decimas. d. c. cām quæ. & d. c. prohibemus. & idē in dubio sequendū est illud, quod est pro anima tutius, d. c. in ciuitate. & c. iuuenis. de sponsal. tum quia talis possessio decimarum in laicis est odiosa, cum regulariter non cadat in laicum. d. c. causam. tum quia res facili reuertitur ad id, quod ius, & natura sibi ab initio concessit. l. si vnus. §. pactus. ff. de pac. in uerl. quod si. & c. cum uenerabilis. post medium. de censib. tum etiam, quia summa est ratio, quæ in dubio pro eccle-

sia, & religione facit. d. l. sunt personæ. & sequendo hanc opin. Host. & aliorum, de quibus supra, clarè cōstaret, q̄ tam nobiles de Calapinis, quàm Nobiles de Trilaco, eorumq; omnium auctores nullum dicuntur hñe, nec habuisse ius in dictis decimis, de quibus inuestiti fuerunt, ex quo non fuit per eos plenè, nec semiplenè per ueras, & legitimas probationes probatum, dictas decimas fuisse ab ecclesia ante prædictum Concilium concessas: quæ opinio Host. in practica fortè esset seruanda tanq̄ magis fauorabilis ecclesijs, per ea, quæ uolunt Doct. in c. 1. circa fin. de consti. sed ¶ Ioan. And. in d. c. cum Apostolica. quem multi sequuti fuerunt, uidelicet Abb. Io. de Imo. ibi, & Domi. de S. Gemini. in d. c. 2. in §. sanè. circa fi. uoluit, ut etiam refert, & sequitur Abb. in dubio præsumi debere concessas ante Concilium Lateranen. alioquin propter difficultatem probandi laicus suo iure facile priuaretur, quod non est dicendum, & hoc duobus concurrētib; primò, q̄ iste laicus tanquam uasallus possederit decimas tanto tempore, de cuius initio non existat memoria: secundo, q̄ sit fama, & communis opinio, q̄ laicus illas decimas habuerit ante Concilium, & cum hac opinione pertranseunt, ut plurimum Doct. in d. c. cum Apostolica. & in d. c. 2. in §. sanè. secundum Abb. qui ex prædictis infert, q̄ simplex detentatio est per tēpus, de cuius initio non existit memoria, non habet uim tituli in laicis quò ad ea, quorum laici sunt sui natura, & regulariter incapaces, ut in simili hñ per Io. And. in d. c. 3. de præb. in 6. Non obstat. tex. in c. 1. de præscr. in 6. secundum Domin. in d. §. sanè. quia procedit in rebus, & iuribus, quæ possunt possideri, & præscribi, & quorum ille, qui detinet, sui natura est capax: loquitur. n. in ecclesijs, & clericis, qui pnt decimas possidere, & præscribere. d. c. cum Apostolica. cum si supra alleg. sed prædicta procedunt in laico, qui non est capax decimarum, & qui illas non pnt possidere, neq; præscribere. d. c. ad cām quæ de præscr. quamuis Io. de Fantucis aliter dixerit, & non bene, quia est secundum Io. And. ut eum refert Imo. in d. c. cum Apostolica. in 7. col. si laicus probare pnt, & probauerit possessionē decimarum tanti tēpis, cuius initij memoria non existit in cōtrarium, & sic q̄ semper illas in feudum tenuerit, & quod non est memoria in tñrum, & cōis opinio, seu fama publica sic se habet, secundum not. per glo. in c. 1. de præscr. in 6. tunc laicus debet obtinere contra ecclesiam, quæ decimas uendicaret, per ea, quæ hñ in d. c. 1. & in c. super quibusdam. de uerb. signi. & hæc est magis cōis opi. quam sequi debemus: & quamuis Imo. post Do. Flo. in d. c. cum apostolica. uideat uelle id, quod Io. de Fantuc. ac est præpos. in c. 1. 11. col. qui seu. da. pos. in usi. seu. q̄ sufficiat probare possessionē tanti tēpis, de cuius initio non existit memoria cum allegatione tituli ante Concilium. per d. c. 1. de præscr. in 6. cui textui fuit rñsum, tñ opinio Io. And. uel saltē Host. est magis cōis, & tutior, ac æquior, ut dictū fuit. ¶ Et ex his inferitur ad casum nostrum, q̄ cum nobiles de Calapinis agentes, & uendicantes decimas cōtra illos de Trilaco non probauerint se possedisse per tñ tempus, de cuius initio non existit memoria, nec quòd fama, & cōis opinio sit, quòd illas decimas ipsi, seu auctores sui habuerint in feudum ante Conciliū, immò istud per eos non fuit articulatū: sequitur, quòd non dicentur, nec præsumantur hñi decimæ ipsis concessæ ante Concilium, sed post p prædicta. Ex quo inferitur, præfatos de Calapinis in dictis decimis non habere dñum aliquod directum, nec utile, prout ipsi in eorum libello prætendunt, nec aliud ius, propter quod possint contra illos de Trilaco agere, & ob

tinere, ut infra concludetur. Similiter cum dicti nobiles de Trilaco nō articulauerint, nec probauerint de publica uoce, & fama, q̄ ipsi, seu auctores sui hñi decimas ante Concilium habuerint, quamuis fortè probauerint de possessione, seu de detentatione tanti tēpis, de cuius initio non existit memoria: sequitur, q̄ ipsi non dñr hñe ius, seu dñum utile, nec est ius possidendi in dictis decimis, & præsertim cum ipsi de Trilaco habuerint dictas decimas ab illis de Gauardinis ex titulo emptionis pro pretio 150. dicatorum, & sic ex titulo simoniaco, ¶ qui titulus tanquam à canone reprobatus nullum ius transfert. c. fi. de re. perm. c. cū pridem. de pac. c. 2. cum ibi not. de arb. c. cum laici. & c. de iure. cum si. ext. de iur. pat. ¶ Quinta, & ultima sit conclusio, q̄ decimæ est ante Concilium in feudum laico concessæ non pnt per aliū laicum præscribi præsertim ꝑ ecclesiam, ad quam illæ essent de iure deuolutæ: ita ex prædictis inferitur, & probatur multiplex, primò ex generalitate. tex. in d. c. cām quæ. secundo, quia ¶ cum hñi decimæ sint hodie post Conciliū laicis prohibita quocunq; alienari est cum consensu Episcopi. c. prohibemus. & patet ex prædictis, quæ prohibitio habet perpetuam cām prohibitionis, quia sanctuarii Dei iure hereditario non defertur. c. ad hæc. de decim. cum ibi no. itē quia laicus est incapax rei spūalis, & sic decimarum. d. c. cām quæ. d. c. prohibemus. d. c. quamuis. de decim. c. 2. de loc. & c. 2. de iudi. sequitur, quòd est per laicum non poterunt aliquo tpe præscribi, qm prohibitio alienationis adeo inficit titulum, ac etiā possessionem, quòd est præscriptio dicatur prohibita. l. ubi lex inhibet. ff. de usucap. l. alienationis. cum gl. ff. de uerb. signi. glo. & ibi Abb. & alij in c. 2. in uerb. multum. de iis, quæ si. a. præl. l. quemadmodum. C. de agri. & censu. lib. 1. c. 1. de prohi. seu. alie. per Fede. & in c. 1. de prohi. seu. alie. per Lothar. Præterea cū post Concilium sit prohibitum laicis decimas possidere est ex quacunq; concessione Episcopi, uel alterius de consensu Episcopi, est si essent decimæ solitæ concedi laicis ante Concilium, ut supra conclusum fuit post Abb. in d. c. quamuis. & in d. c. prohibemus. & per Cal. de. in d. cons. 1. cum sim. sequitur, quòd tales decimas laicus nō poterit præscribere aduersus ecclesiam, nec contra alium, quoniam sine possessione non procedit præscriptio. cap. sine possessione. de reg. iur. in 6. l. sine possessione. de usucap. & habetur per gl. & Doct. ¶ in d. c. causam quæ. Præterea & quarto, ¶ laicus post Concilium nō potest de nouo acquirere iustam possessionem decimarum etiam earum, quæ ante Concilium dari in feudum consuetæ fuerunt, alioquin talis possessio diceretur iniusta, & laicus malè, & iniuste, & cum peccato detineret. d. c. prohibemus. ubi causus, & d. c. causam quæ. de præscr. ergo huiusmodi decimas non potest præscribere. c. possessor. de reg. iur. in 6. & c. fi. de præscr. cum simi. & dicit glo. in c. 1. in uer. nisi. de præscr. in 6. quòd cū mala fide, seu cū possessione iniusta non potest quis rem, seu decimā præscribere etiam spatio tanti temporis, de cuius initio non existit memoria: & ¶ error iuris, & consensus, ac auctoritas Episcopi non exeusant, nec purgant malā fidem, & possessionem iniustam in casu, quo canon prohibet alienationem, seu præscriptionem, prout in casu nostro prohibet, ut uolunt gl. Abb. & Imo. in c. 2. de iis, quæ sunt à præla. sine consen. capi. d. l. quæ admodum. C. de agri. & censu. & faciunt, quæ habentur per Abbatem in c. consultationibus. de iure patronat. Non obstat, quòd res spiritalis, seu annexa spiritali quamuis non possit immediatè contra ecclesiam præscribi, potest tamen præscribi contra laicū, cui à iure concessum fuisset, & permillum illud spirituale habere, ut patet in iure patronatus, ¶ quod laicus

laicus non potest ecclesiam prescribere. Io. And. in c. quod alicui de reg. iur. in 6. in mercuri. Abb. in c. san. de priuil. & Alex. in consi. 75. in 4. uolu. sed bene illud prescribit contra laicum patronum, ut hinc per Abba. in c. querelam. de elect. iunctis iis, quae hinc in c. horta mur. per Moder. 71. dist. & per Io. And. & Domi. in c. fi. de iur. patro. in 6. Abb. in c. cum ecclesia Sutrina. de cau. poss. & proprie. ergo uidetur idem dicendum de decimis, quarum laicus ex iuris permissione capax factus fuerat, quia pluribus modis potest raderi: primo, quod in casu nostro prescriptio procederet contra ecclesiam, ad quam decimae erant deuolutae per alienationem factam ab illis de Gaurdinis, iuxta text. in c. 1. quae fuit prima cau. beneficii. amittit. & in c. 1. in fi. de prohi. seu. alien. per Loth. in c. potuit. de loca. Item per re nunciationem, & cessionem factam de decimis in manibus Epi per illos de Belenzanis, iuxta d. c. cum Apostolica. & quamuis ecclesia, siue Eps de illis decimis postea Nobiles de Calapinis, & Nobiles de Trilaco inueffiterit, tamen tales inueffiturae fuerunt ipso iure nulle, & per eas nullum potuit ius ipsis acquiri, ut supra dictum, & conclusum fuit: ergo in casu nostro prescriptio processisset contra ecclesiam super decimis diceretur. Secundo respondeo, quod ex quo non constat huiusmodi decimas fuisse concessas in feudum ante Concilium praedictum, illae praesumuntur concessae post Concilium, ut dictum fuit supra in quarta conclusione. Et ideo sicut non possunt alienari in laicum d. c. quamuis. cum sim. ita non possunt prescribi. d. c. causam quae. cum gl. Tertiò respondeo, quod quamuis distinctio praedicta possit esse uera in iure patronatus, tamen non habebit locum in decimis et ante Concilium.

24 concessis, quoniam ius patronatus non est spirituale, sed annexum spirituali: & ideo magis & facilius laico acquiri potest. c. 3. de iure pat. iuncto c. quanto. de iudic. d. c. de iure. & c. cum laici. de iur. pat. sed decimae sunt merum quid spirituale. c. adhuc. de deci. & d. c. eam quae. Vel melius dicendum est, quod praedicta distinctio, quae habet locum in iure patronatus, non procedit in decimis, quia si laicus hodie et de nouo acquirere potest ius patronatus. d. c. 3. c. cum nobis. & per tot. extra de iure pat. & illud potest de laico in laicum transferri cum consensu patroni, dummodo non interueniat labes simoniaca, ut hinc in c. 1. in c. cum laici. & in c. de iure. per glo. & Doct. de iure pat. & in c. 1. co. ti. in 6. ubi ius patronatus transit et ad haeredes extraneos. Item legari, & donari potest et laico, quod non est in decimis et ante Concilium concessis, quia Eps, seu alius de consensu Epi non potest illas dare, nec concedere alteri laico, ut dictum fuit per text. in d. c. quamuis. & in d. c. prohibemus. cum sim. Unde cum diuersa sit ratio, non possumus de vno ad aliud arguere. d. c. cum Apostolica. & in l. Papinianus exuli. ff. de mino. l. inter stipulantem. §. sacram. uerbis. sed & haec dissimilia. ff. de uerb. oblig. & c. per uenerabilem. qui fil. sunt legitimi.

26 Quarto dici potest, quod si illa distinctio est in iure patronatus non procedit: immo indistincte utriusque, quod ius patronatus tanquam res spiritualis, seu annexa spirituali prescribi non possit per laicum, ut uoluit Archi. in d. c. hortamur. 71. dist. quae defendit, & sequitur Abb. in sua disputa. incip. Augerio. in 9. col. in uersis ex his sequor, ac et in d. c. querelam. in 4. col. de elect. & cum hoc etiam pertransire uideretur Feli. in d. c. eam quae. in 3. col. quamuis Io. And. in d. c. quod alicui aliter senti reuideatur. ¶ Non obstat etiam praedictae conclusioni, quod priuilegium, & prescriptio a pari procedunt, id est quae operantur etiam quod ad spiritualia. c. cum contingit. de for. compe. c. auditis. & c. cum olim. de praesent. sed laicus mediante priuilegio spiritualia potest acquirere. c. Adrianus. c. in synodo. 73. dist. glo. in c. Iyn-

perii. 110. dist. ergo & mediante prescriptione: quia primo respondetur, quod attenda hac ratione, sequeretur, quod laicus posset hodie indistincte prescribere decimas, cum hodie indistincte possit illas ex priuilegio Papae acquirere, ut supra dixi, & per ea, quae habentur per Abba. in d. c. ad huc. & per Imolen. in d. c. cum Apostolica. cum sim. supra alleg. in fine tertiae conclusionis, quod tamen est falsum, ut est text. in d. c. causam quae. Secundo respondeo, quod si equiparatio, seu sit inter prescriptionem, & priuilegium, procedit data capacitate in prescribente, ut est text. in c. 1. de prescrip. sed data eius incapacitate plus potest priuilegium, quam prescriptio, ita hanc obiectionem soluit Abb. in d. c. causam. quem alij sequuntur. & Abb. in c. 5. in 1. not. ext. de consue. Domin. in c. catholica. 111. dist. & subdit Abb. in d. cap. causam. idem esse de his, quae sunt annexa spiritualibus, sed laici sunt incapax hodie etiam illarum decimarum, quae ante Concilium solite erant laicis in feudum dari. d. c. prohibemus. & dixi supra, ergo & c. Et sic ex praedictis uidetur concludendum, quod etiam decima, quae ante Concilium solite dari in feudum laicis, hodie per alium laicum non possit prescribi, maxime quando esset ad ecclesiam reuersa per rationes, & iura praesallata, non autem ex illa ratione, quod ius patronatus per laicum saltem contra laicum prescribi potest, ut dixi, nec etiam ex eo, quod quidam dicebant, uidelicet, quod cum laicus huiusmodi decimas non dicatur possidere ciuilitate, sed naturaliter tantum, iuxta ea, quae habentur in d. c. cum Apostolica. & in d. c. causam. sequitur, quod illas laicus prescribere non potest: nam sola ciuilis prodest ad prescribendum. gl. & Doct. in d. c. causam. & Bar. in l. 3. §. ex contrario. ff. de acqu. posses. quia si licet laicus decimas naturaliter tantum possideat, tamen poterit illas prescribere, ut patet in usufructuario, qui prescribit ius usufructus, ut in l. fin. in fin. C. de prescri. lon. temp. cum ibi not. per gl. & Doct. & tamen dicitur naturaliter solum possidere. l. naturaliter. ff. de acqu. poss. l. fin. & ibi Bar. ff. uti possi. not. in d. l. 3. §. ex contrario. & in l. si ut certo. §. si duobus uehiculum. ff. commo. sicut sola ciuilis causat acquisitionem fructuum, ut in l. qui sic. §. in alieno. ff. de usur. & ibi glo. & glo. in d. §. ex contrario. & tamen usufructuarius, qui tantum naturaliter possidet, facit fructus suos. l. si usufructuarius. ff. quib. mod. usufr. amitt. & Bar. in d. §. ex contrario. Procedit ergo contrarium in eo, qui ciuilitate, & naturaliter, uel ciuilitate tantum possideret, sed in eo, qui naturaliter tantum possideret, secus esset, quia ex tali sua naturali possessione prescribere posset, quando illa naturalis non aduerteretur ciuili, ut patet in usufructuario: vera est igitur praedicta conclusio, per ea, quae dicta sunt. Et ex praedictis inferitur, quod Nobiles de Trilaco decimas, de quibus agitur, prescribere non potuerunt aduersus Nobiles de Calapinis, quia post Concilium Lateranense laici nullum ius, nullaque possessio potuit de iure acquiri ex concessione Epi, uel alterius de consensu Epi in dictis decimis, et posito, quod illae fuerint ante Concilium consueta dari laicis in feudum: & ideo tam Nobiles de Calapinis, quam Nobiles de Trilaco nullum ius possunt in illis pretendere: male ergo egerunt illi de Calapinis contra Nobiles de Trilaco uendicando decimas ratione dominij directi, uel tituli: & propterea quod ad decimas, quas Nobiles de Trilaco detinent, & possident in uilla Conali, & alibi, super quibus agitur, ex quo Nobiles de Calapinis in illis ius aliquod de iure pretendere nequeunt, dicti de Trilaco sunt absoluedi a petitionibus dictorum de Calap. quia cum dñi de Trilaco illas decimas detineant, & possideant, ut per eos probatum fuit, & pars aduersa confessus fuit, & pro

parte ipsorum de Calapinis probata fuerit eorum intentione, nec aliquod ius, ex quo potuerint intentionem suam fundare, ut supra dictum fuit, sequitur, quod ab illorum petitionibus Nobiles de Trilaco sunt absolventi, quia ipsi quod ad Calapinos liberas aedes habent, argum. l. loci. §. competit. ff. si serui. uend. & res alienas detinens licet nullam causam iustam habeat possidendi, illas tamen non cogitur uendicanti restituere, nisi ille contra eum suam intentionem fundauerit. l. fin. C. de rei uend. non enim refert, an reus possideat iuste, uel iniuste, dummodo actor contra eum non fundauerit intentionem suam. l. qui accusare. C. de eden. & traditur per Inn. in c. soler. de sen. excom. & sic unusquisque habebit decimas, quas detinet, & solitus est exigere. Præterea cum ab initio fuerint ab Episcopo concessæ decimæ Calapinis, quas habebant, & possidebant illi de Belinzanis in uilla Couali, solum illarum dicuntur sibi concessæ, quas illi de Belinzanis, & successores illi de Calapinis possiderent probantur, & sic concessio non extenditur nisi ad eas, quas auctores Calapinorum habuerunt, & tenuerunt, per ea, quæ uolunt Bar. Dy. & alij in l. si sic. §. si mihi. ff. de leg. i. per illum tex. & per tex. in l. legauit. ff. de lib. leg. qui dicunt, quod si Comes concessit ecclesiæ, quicquid iuris ipse habet in tali loco, seu in tali uilla, hæc concessio nihil operatur, nisi de iure concedentis appareat: debuit enim probari, & constare id, quod Comes in dicta uilla tenebat, & possidebat, alioquin incertitudo impedit acquisitionem possessionis, & consequenter ex tali concessione non potuit usucapiendi, seu præscribendi conditio transferri. l. 3. §. incertam. l. locus. l. si quis fundum. ff. de acq. poss. & faciunt, quæ habentur per Specu. in tit. de loca. in §. nunc uero aliqua. uersu. 58. & uersu. 76. Bald. in l. quod si in uenditione. & in l. quod si sic. in lectu. antiq. ff. de hered. uendi. & hoc maxime uerum est, quando ultra concessionem huiusmodi generalem non fuit facta traditio certi loci, seu totius loci, & fundi, prout in casu nostro non fuit facta traditio decimarum totius uillæ Couali ipsi Calapinis, per ea, quæ uoluit Bar. in l. emptor. ff. pro empto. & nobis ad propositum bene inferuit id, quod uoluit Oldra. in consi. 164. incip. uisio priuilegio. ubi Comes concessit, si quid in dicto loco habebat, per quæ uerba generalia, & sub quodam consulo sermone prolata nihil iuris dicitur collatum, nisi quantum Comiti competere ostendatur per d. l. si sic. & d. l. quod si in uenditione. & argum. l. quintus Mutius. ff. de auro, & arg. leg. l. non designata. l. ultima. C. de fal. cau. adiect. lega. & hoc aperte describit lex, dum dicit, quod si dicam, quicquid iuris habeo in hoc fundo, tibi trado, & incertum sit, quantum iuris habeam, nihil dicor tradidisse, & tu nihil dicis consequi. d. l. 3. §. incertam. & l. locus. cum ibi not. l. si fur. §. ultimo. ff. de usucap. Nisi ergo dicti de Calapinis ultra concessiones ipsi factas aliquid aliud probent, uidelicet, quod ius auctores sui de Belinzanis habuerint super decimis in uilla Couali, certum est, quod eorum intentio non dicitur plenè, nec semiplenè probata: quoniam exhibitio suorum priuilegiorum per se nihil releuat, nec iuuat confirmationes plurium Episcoporum postea subsequutæ, quia de intentione confirmantium non fuit aliquid de nouo dare, sed confirmare prius habita, & possessa, & non ultra. c. inter dilectos. §. porro. de fide instrum. unde cum prima concessio per se sola non iuuat ipsos Calapinos, non iuuabunt etiam confirmationes priuilegiorum, quæ ex ipsa prima causa originem acceperunt, ut à primordio tituli posterior formetur euentus. l. i. C. de impo. lucra. de feri. lib. 10. & est casus in c. cum inter uos. circa fi. extra de iudic. Hæc sunt, quæ inferunt uerba Old. in d. consi. Coadiu-

uantur et præmissa ex uerbis primæ inuestituræ, quæ fecit R. Ep. Dñs Georgius, in qua dicit, quod quidam Rodolphus de Belinzanis resignauit, & restituit in manibus præfati Ep. ois ius suum, quod habebat, & habere poterat, & uisus est hæc per se, siue per prædecessores suos iam pluribus annis, & habet de pnti in quadam decima in uilla Couali &c. & sic per uerba generalia, & sub quodam consulo sermone prolata facta fuit prima concessio, ergo solum uis consensu illa decima, quæ ultra dictam concessionem constat legitime fuisse illorum de Belinzanis. Præterea cum resignatio decimarum, & concessio et facta fuerit de quadam decima, quam habuerunt illi de Belinzanis, sequitur, quod non dicitur de tota decima uillæ Couali, sed potius de parte, quia hæc uerba, de quadam decima non sunt uniuersalia, sed particularia, & designant potius partem, quam totum, ut est tex. & ibi Alb. in l. quadam. ff. de acquir. rer. dom. & idem Alber. post Cyn. in l. quadam. ff. de iure codic. Ex quibus omnibus clarissime constat ipsos nobiles de Trilaco omnino esse absoluentos à petitionibus per illos de Calapinis factis, & pronuntiandum esse, ut supra dixi in principio: In reliquis me remitto ad ea, quæ satis copiose deduxit Do. Ioannes Francisc. Bebius Regiensis, ad cuius relationem lata fuit ultima sententia ad fauorem Nobilium de Trilaco, qui cetera dubia satis clare dilucidauit, & quoad illa in eius sententiam uenio. Laus Deo.

S V M M A E.

- 1 Missæ solennes in præcipuis festiuitatibus, absente Episcopo, celebrare ad Archiepiscopum, & non ad Archidiaconum de iure communi spectat.
- 2 Subrogatio facta intelligitur, ut naturam primæ uiam, & originalem eius, in cuius locum fit, sapiat.
- 3 Vicarij officium differt ab officio Archidiaconi, & Archiepiscopati, & quod sit horum omnium officium.
- 4 Vicarius generalis Episcopi in his se non intromittit, in quibus alius Vicarius specialiter est deputatus. contra. nu. 40.
- 5 Index unus de iurisdictione alterius se non intromittit, quando officia sunt distincta.
- 6 Archiepiscopus de causis suffraganei se non intromittit.
- 7 Episcopus iurisdictionem ordinariam non habet, nec eam per se, aut per alium exercere potest in loco illo diæcesis, in quo Vicarius specialis ex iuris dispositione, seu ex consuetudine derogatus, & non accumulative est deputatus.
- 8 Argumentum de loco ad causam procedit.
- 9 Archidiaconus non potest ab Episcopo ad libitum reuocari, nec alteri committendo prohiberi exercere ea, quæ ipsi ex sua ordinaria iurisdictione competunt. & nu. 33. ubi hoc declaratur.
- 10 Episcopus non potest tollere, nec impedire ea, quæ Archidiacono ex consuetudine, ac etiam ex statuto loci, & ecclesiæ cõpetunt. & nu. 33. ubi hoc declaratur.
- 11 Vicarius generalis Episcopi, quando tanquam Vicarius Episcopi spiritualia quoque, & diuina possit exercere. & nu. 19.
- 12 Vicarius quod ad ea, quæ potest exercere ex generali concessione, uel ex particulari commissione, uel ex expressione aliquorum speciale mandatum requirentium cum clausula generali, & prægnanti, censetur eadem persona cum Episcopo, eademque uisus prerogativa, & iurisdictione, & utriusque unum, & idem est tribunal, eademque potestas, & iurdictio.
- 13 Vicarius quod ad iurisdictionem, & ea, quæ ratione officij sui potest exercere, Episcopo subditus, & minor esse non dicitur.
- 14 Vicarius generalis etiam in sibi competentibus de iure speciali, uel ex clausula generali cum specificatione aliquorum expressam mentionem requirentium, dicitur ordinarius, & iure proprio ex sua ordinaria iurisdictione illa exercere, quando cum generali concessione simul, & semel etiam requirentia speciale mandatum conceduntur, sed quando ex intervallo, & diuise conceduntur, est delegatus, & in illis iurisdictionem habet delegatam.

- 15 *Missas solemnes celebrandi officium est per episcopum, ac etiam illo inferiore delegabile.*
- 16 *Delegare qui potest ea, quae sunt iurisdictionis contentiose, multo magis delegabit ea, quae sunt iurisdictionis uoluntaria.*
- 17 *Delegatus semper re integra respectu eiusdem causae praefertur ordinario, & quo ad causam sibi commissam quocunque ordinario maior esse censetur.*
- 18 *Episcopus, & archidiaconus in uisitatione concurrunt: Et ad uisitandum potest episcopus alium deputare: In uisitatione tamen & episcopus, & deputatus ab eo archidiacono praefertur.*
- 19 *Vicarius episcopi quando in omnibus etiam spiritualibus, & diuinis deputatus censetur.*
- 20 *Vicarius generalis episcopi in ijs, quae sibi ut uicario competunt, semper archidiacono tanquam inferiori est praefendus, etiam in casu, quo consuetudo, seu statutum extaret, quod archidiaconus esset vicario praefendus.*
- 21 *Statutu, seu consuetudo, quod minor maiori praefatur, non ualet.*
- 22 *Archidiaconus respectu quorum in ijs, quae sibi de iure competunt, primum locum obtinere, & post episcopum illius esse vicarius dicitur.*
- 23 *Maiorem alterum altero esse, & alterum alteri esse praefendum etiam in eo, quod ipsis in solidum ex potestate ordinaria competit, non inconuenit.*
- 24 *In iurisdictione eadem ordinaria concursus plurium datur quandoque accumulatiue, quandoque derogatiue, & quandoque ordinatiue, seu secundum prius, & posterius.*
- 25 *Iurisdictione pluribus in solidum competens in dubio censetur competere accumulatiue, & quomodo dicatur sic competere: & quomodo ordinatiue, nu. 27. & quomodo derogatiue, nu. 28.*
- 26 *Praeuentio locus est in iurisdictione pluribus in solidum accumulatiue competente: Idem in duobus ordinarijs, & delegatis datus cum clausula, uel alteri uelstrum.*
- 29 *Statutum non debet intelligi, ut alteri, & iuri iam alteri quaesito praerideatur, nec ultra statuentium intentionem.*
- 30 *Officialium plures ordines in ecclesia dantur, & quomodo alter alteri praefatur, & alter altero maior, seu minor esse dicitur.*
- 31 *Archidiaconus, si etiam est presbyter, praefertur Archipresbytero, etiam quo ad celebrandas missas solemnes, & alia, quae sunt ordinis, & ratione ordinis competunt.*
- 32 *Vicarius generalis episcopi presbyter, & in ordine sacerdotali constitutus, praefertur archidiacono, & archipresbytero etiam in ijs, quae sunt ordinis, & ratione ordinis competunt.*
- 33 *Episcopus quomodo, & quando potestatem archidiaconi tollere, & eique derogare alteri concedendo possit, & quomodo, & quando non, & num. 35. 38. & 39.*
- 34 *Vicarij generales episcoporum a canone, & lege potestatem ordinariam habent; & quare ab episcopis suis possint reuocari, & prohiberi.*
- 35 *Episcopus derogandi canonis, & tollendi concessa a canone facultatem non habet.*
- 36 *Episcopus statuto suo, seu sui capituli non ligatur.*
- 37 *Episcopus in sua diocesi statuta facere, illaq; corrigere potest.*
- 38 *Superior quando, & quomodo possit inferiorem reuocare, & prohibere.*
- 39 *C. ad hoc quoniam. de excess. praelato. declaratur.*
- 40 *Archidiaconus in administratione est praeposito maior, & dignior.*
- 41 *Potestas, & iurisdictione pluribus siue ordinarijs, siue delegatis alternatiue concessa intelligitur cuilibet in solidum, & accumulatiue concessa, & in ea locus est praerogationi, non attentio, quis primo sit nominatus, & absq; eo, quod de alterius impedimento coisset.*

E P I T O M E.

VICARIUS generalis episcopi in ordine sacerdotali constitutus, cui post constitutionem, & concessionem generalem sibi factam etiam specialiter ab episcopo diuinitus, & ex interuallo officium celebrandi missas solemnes praecipuis diebus festiuis, episcopo absente, fuit commissum, est in celebrandis dictis missis sollemnibus praefendus archidiacono, cui ex statuto ecclesiae hoc munus competere. Statuto ecclesiae disponere, & capitulu conuocatur

per archidiaconum, uel per praepositum, uel per antiquiorem canonicum, potestas capituli conuocandi omnibus aequè principaliter, & accumulatiue, non aut ordinatiue competit, locusq; est praerogationi absq; eo, qd de impedimento alterius alter, aut qd primo sit nominatus, attenda.

CONSILIUM XXII.

VERTITVR in dubium, an in celebrandis missis sollemnibus in praecipuis festiuitatibus praefendus sit generalis uicarius episcopi, an uero Archidiaconus Lunensis, & Satrianensis ecclesiae: Et primo aspectu concludendum uir, qd hoc officium ad Archidiaconum, & non ad uicarium generalem epi spectet, quia licet de iure communi, absente episcopo, haec praerogativa celebrandi missas sollemnes in diebus praecipuis spectet ad archipresbyterum, & non ad archidiaconum, ut in c. perlectis. 25. dist. c. 1. 2. & 3. de offic. archipresbyteri. & alia sunt, quae ad officium archidiaconi pertinent. ut in d. c. perlectis. & in c. officii. & c. ad haec. de offic. archid. tamen ex statuto ecclesiae, de quo agitur, dispositione hoc munus competit, & datur archidiacono, qui in hoc per statutum subrogatur in locum archipresbyteri. Ergo haec subrogatio debet intelligi facta, ut archidiaconus sapiat naturam primariam, & originalem ipsius archipresbyteri, non autem illam, quae contingenter uenit, quia talis est natura subrogationis. I. si cu. §. qui iniuriarum. ff. si quis cauti. glo. & ibi Bart. in l. certi conditio. in prin. in 3. col. ff. si cert. pet. sed ad officium archipresbyteri principaliter, & primordialiter spectat absente episcopo celebrare missas sollemnes. ut in d. c. perlectis. cu. simil. ergo in hoc ex subrogatione per statutum facta dicitur archidiaconus subrogatus. ¶ Secundo diuinitus significatur officium uicarij ab officio archidiaconi, & archipresbyteri, quia officium uicarij, est gerere uices epi in temporalibus, & in ijs, quae sunt de iurisdictione contentiosa. ut in c. 1. & 2. de offic. uicarij. in 6. cum ibi not. archidiaconi uero in diuinis, & spiritualibus, & in ijs, quae sunt de iurisdictione uoluntaria. c. officii. & c. ad haec. de offic. archid. & d. c. perlectis. archipresbyteri aut in meris diuinis, quae competunt ratione ordinis, ut per totum de offic. archipresbyteri. & in d. c. perlectis. & habetur per glo. in c. de liberatione. de offic. de le. in 6. Domi. & alij in c. episcopos. 17. dist. & per glo. Do. Ant. & Hostien. in tit. de offic. archipresbyteri. sed per statutum loci haec potestas archipresbyteri circa diuina, & circa missas celebrandas absente episcopo translata fuit simpliciter in archidiaconum, ergo ea non potest dici esse penes uicarium generalem episcopi, cuius officium se ad diuina non extendit, ne officiorum ordo confundatur. arg. tex. in c. qm. 10. dist. & c. si Imperator. 16. dist. cum si. ¶ Tertio uicarius episcopi dicitur gerere uices episcopi generaliter. d. c. 1. 2. & per totum de offic. uicarij. in 6. & per Card. in clem. 1. eo. tit. archidiaconus uero dicitur gerere uices epi specialiter circa aliqua, & maxime ex dispositione dicti statuti in celebratione missarum sollemnium: Vnde cu. unus sit generalis uicarius, alius specialis sequitur, qd generalis non poterit se intromittere in ijs, quae archidiacono competunt, quia generi per speciem derogatur. c. 1. de rescriptis. c. generi. de reg. iur. in 6. c. studij. ubi bonus text. de offic. lega. iunctis praesertim ijs, quae ponunt per illu. tex. Lopus, & Domi. de S. Gemin. in c. 2. de offic. uicarij. in 6. dum loquuntur de uicario generali epi, & de uicario speciali eiusdem: facit etiam id, qd uoluit Ang. in l. cu. praetor. ff. de iudi. qd ne iudicia, seu officia confundantur, unus iudex non debet se intromittere de iurisdictione alterius, qm officia sunt distincta. Vn generalis officialis se non intromittit de ijs, qd specialiter ad officialem specialiter deputatum spectant. Et propterea archiepiscopus non intromittit de causis suffraganei, ut in summa